



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Priori Et Conventvi Camaldulensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Plebano sancti Pauli de Venetiis in Constantinopolitana Ecclesia celebratis dilecto filio magistro Maximo Notario nostro duxerimus committendam, & idem proficisciens usque Venetias in negotio pro parte processerit, quia tamen per Venetias Constantinopolim transitum habere non potuit, causam ipsam tuæ fraternitati, de qua plenè confidimus, duximus committendam, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus in eadem secundum formam comprehensam in litteris directis ad eundem magistrum appellatione remota procedas. Tu denique, frater Episcope, super te ipso &c. Datum Signia x i v. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*PRIORI ET CONVENTVI
Camaldulensis.*

*Epiſt. 113.
De reformatiōne monaſti-
ci de Vanda-
gīa.
Vide ſuprā epif.
16. & lib. 2.
hoſt. Camalda-
l. pag. 182. & ſeſt.*

Cum dudum ad correctionem & reformationem monasterij de Vangaditia laborantes proficere non possemus, nec hujusmodi Babylon, quam studio multo curavimus, ad sanitatem ullenus perveniret, quin immo ejus computruifcent adeo cicatrices ut earum fætor etiam laicos ad nauseam provocaret, demum attentes ferro debere vulnra reſecari que fomentorum non sentiunt medicinam, venerabili fratri nostro Nicolao Reginensi Episcopo, tunc electo, & dilectis filiis Priori sancti Georgij & Venturæ Subdiacono nostro Canonico Veronensi dedimus in mandatis ut tam E. quondam ejusdem loci Abbatem, qui à regimine ipsius nostra fuerat auctoritate amotus, quām etiam monachos universos per alia monasteria collocantes, virum aliquem religiosum, bonæ opinionis & vitæ, ſollicitum in spiritualibus, & in temporalibus circumplexum, monasterio præficerent antedicto, qui ſecum viris prudentibus & religiosis aſumptis monasterium ipsum spiritualiter & temporaliter reformaret. Qui mandatum apostolicum fideleriter excequentes, dilectum filium S. domus vestræ de Verona Priorem, virum utique providum & honestum, ipſi monasterio præfecerunt, injungentes eidem ut ad minus duodecim viris idoneis de ordine veftro aſsumptis, ad ejusdem reformationem intenderet ſollicitè ac prudenter, nobis nihilominus per suas litteras quod fecerant intimantes, ut eorum processus per approbationem noſtram ſtabilitatem debitam fortiretur. Volentes igitur ſic ejusdem monasterij reformationi ac ſtatui provide quod ex hoc juri apostolicæ

ſedis, ad quam nullo medio pertinet, minime derogetur, de fratribus nostrorum confilio ipsum Priorem concedentes dicto monasterio in Abbatem, liberam ejusdem monasterij correctionem & plenam tibi, fili Prior, & successoribus tuis duximus committendam; ita tamen quod qui pro tempore fuerit electus ibidem, Romano Pontifici præſentetur, ab eo confirmationis & benedictionis gratiam recepturus; ad cuius amotionem, si quando propter excessus ſuos fuerit amovendus, inconsulto Romano Pontifice nullatenus procedatur. Datum Signia vii. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*In eundem ferè modum scriptum eft Regi-
nenſi Epifcopo, Priori sancti Georgij, & V.
Subdiacono noſtro Canonico Veronensi, verbiſ
competenter mutatis, uſque nullatenus pro-
cedatur. Ideoque diſcretiōni vestræ per
apostolica ſcripta mandamus quatenus mo-
nachos qui adhuc in præfato monasterio
commorantur in aliis monasteriis recipi fa-
cientes, in corporalem poſſeſſionem iplius
prædictum inducati Abbatem, & ad re-
formationem ejusdem oportunum im-
pendentes ſibi conſilium & favorem, fa-
ciatis ei de iplius monasterij iuſtitiaſ ab ejus
fidelibus & ſubditis plenarie reſpondere;
contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles
per cenzuram ecclesiasticam appellatione
poſtpoſita compescendo. Quod ſi non om-
nes &c. tu frater Epifcopo &c. Tu deni-
que, frater Epifcopo, ſuper te ipſo &c.
Datum ut ſuprā.*

*NOBILI VIRO COMITI
* Guidoni, ſpirituſum confiliij ſanctoris.*

* Caſerianenſi

*Cum tuum in multis offendis re-
demptorem, & traditam tibi potef-
tatem ab ipſo multotiens contra eum pre-
ſumpſeris exercere, deberes faltem in vita
veſpera conſtitutus tuæ delicta corrigere
juventutis, & Domini faciem in confeſ-
ſione oris & ſatisfactione operis taliter
prævenire ut in tremendi neceſſitate judicij
ab ipſo, qui reddet ſingulis ſecundum ope-
ra ſua, poſſes indulgentiaſ gratiam ex-
peſtare. Tu vero, quod dolentes referi-
mus, necedum à via mala cohibes pedes
tuos, ſed quafi propriæ ſalutis curam ac
divini nominis timorem abjeceris & amo-
rem, contempta Dei patientia, quæ,
quantum in iplia eft, ad poenitentiam te
adducit, conuisionem tibi theſaurizas &
iram, religiosos viros, quorum patroci-
nium tibi deberes beneficiis & obsequiis
comparare, ut apud Dominum allegarent*

*Epiſt. 114.
Vt Camaldo-
lenſiam inju-
riis abſin-
ctuſ.
Vide lib. 2. inſt.
Camaldo. pag.
182.*